

Hermann Schuckmann Henricus Bremer

Collegii Theologici Disputatio Duodecima De Satisfactione Christi Et Iustificatione Peccatoris

Rostochi[i]: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73836990X>


Druck Freier  Zugang



R. u. Med. 1649

Schückmann, Herman / f
Verf.: Dremer, Heinrich

XII



COLLEGII THEOLOGICI
DISPUTATIO DUODECIMA

DE
SATISFACTIONE
CHRISTI ET JUSTIFICA-
TIONE PECCATORIS,

46.
Quam
ADJUVANTE GRATIA
SPIRITUS CHRISTI,
Cum suffragio Amplissimæ Faculta-
tis Theologicæ in incluta Universitate

Rostochiensis,

P R E S I D E
V I R O

Admodum Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo,

DN. HERMANNO SCHUCK-
MANNO, SS. Theol. Doctore & Professore
Publico Celeberrimo, Præceptore & Promotore
suo omni honoris cultu prosequendo,

*Publicè in Auditorio Majori die 4. Aprilis
Doctorem Examini subijcit*

HENRICUS Bremer / Gluckstadio-
Holfatus.

✠(o)✠



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. Anno 1649.


COLLEGIUM THEOLOGICUM
DISPUTATIO THEOLOGICA
SACRIFICIUM
CHRISTIANUM
THEOLOGICUM

AD LIVAM GRAEVI
SPIRITUS CHRISTI
CUM MAGISTRO THEOLOGICO
THEOLOGICO

DR. HERMANN SCHLICK
M. A. N. O. S. T. B. O. S. T. O. R. & P. R. O. F. E. S. S. O. R.
FACULTATIS THEOLOGICAE
UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS



Rostock
The Nicolai-Kirche, Markt, 1800



Justitiæ Domini, Domino moriente *satisfit*,
Hujus & intuitu *justificatur* homo.
Sufficit oppositus culpæ **CRUCIFIXUS** & iræ
Qui negat hoc, vitam justitiãq; negat.

Gratulationis ergò adscrib. Dn. Respondenti

PRÆSES.

Sonnet.
Wie wann ein frischer Muth begeistert wil beginnen
Nun seinen gegenstreit/ was selben zu gewinnen
Ihm nicht ergreifen läst: So gehet man noch heut
durch Joëbus Fälder durch hinzu der Ehren beut.
Ein ander hat gestelt auff Baldus seine Sinnen:
Ein ander ist verliebt in andre Pierinnen
Den Avincenna hört man jekund weit vnd breit
So fasset jederman nun seine Lebens Zeit.
Du werther Musen Sohn/ hast dir den Weg erwählet
Der vns vor andern setzt (wenn aller Fußsteig fehlet)
Hin auff ein festes Land. Herr Doctor Schuckman
lehrt
Dich dieses schrifft gemäß; den man mit andern hört
Wie sie fast wochenlich der jrigen Gedancken
Aus tieff gegründten Siñ mit Gottes Wort vmschrancken.
Du gehest auch den Weg hin nach demselben Wort
Wol dir mein werther Freund/weñ du erjaget den Port.

Seinem gewesenen Herrn Tisch-Gesellen
gesehet von

Johannes Pistorius, aus Preussen.

Sic

Sic fecisse iurat, dum doctus pulpita scandis
Edoctus operas ingeniumq; probas.
In magnis magnus labor est, solviffe tenaces
Falforum nodos, hoc opus hicq; labor,
Non sine laude tamen; virtutis gloria proles
Mox dabit ingenio premia digna tuo,

Amico suo fausti omnis
ergo appoluit

Wilhelmus Schmidius,
Regiomontanus.

Quomodo credenti peccata Jehova remittat
Ob meritum Christi, non hominis meritum.
Converfos gratis in Coelica regna receptet
Ut peccatores gratia magna DEI
Quæq; requirantur quo justificatio fiat,
Cum Christi Merito, Gratia nompe, Fides
Hæc satis egregiè summò defendis honore,
Contra miscentes semina falsa probis,
Eximium decus hinc ac laus te vera manebunt,
Et semper Patriæ Fama perennis eris,

Singularis amoris & honoris
ergo scribebat

Michael Clausgall
Samb. Borussus.

DISPUTATIO XII.
DE SATISFACTIONE CHRISTI
ET JUSTIFICATIONE PECCATORIS.

§. I.



Cognitis mediis ad salutem divinitus ordinatis, videndæ sunt ipsæ actiones Dei salutiferæ, quibus se exerit in homine salvando mediocum applicatorum efficacia; quæq; voluntatis & operum divinarum in humanæ salutis negotio finem fructumque ponunt. In his excellit *Justificatio peccatorum* costam. Hol-
RES.
HENRI
CO BRE
MERN,
Gluck-
stad. Hol-
sato.

ram Deo, deducenda ex fundamento principioq; suo, acquisitione justificationis per *Satisfactionem Christi*, quæ justificationi ob id præmittenda.

§. 2. In *Satisfactione* notanda seqq. I. Mediator satisfaciens est Filius Dei, media Trinitatis persona. Cum hoc concurrat Pater & Sp. S. ille tradendo filium, hic replendo hominem Jesum plenitudine divinitatis ac virtutis; uterq; juxta cum filio, destinando ab æterno, & acceptando redemptionis precium, quod persolvit in suâ solius hypostasi Filius, isque incarnatus, adeoq; *Ἰεσὺν θεῶν ἐν ἐνότητι τῆς ὑποστάσεως*. Hic Homo est, ut vices hominis suppleat, patiendo quod homo (peccator) meruit: Deus verò, ut præstare valeat, quæ infinita justitia requirit. Atq; ita in Christo & per Christum, qui pro diversitate naturarum in unâ personâ, utriq; parti, tam offendenti quam offensæ *ὁμοῶς* est, conjunguntur & reconciliantur homo & Deus: Complexus hæc est Paulus 2. Cor. 5, 19. ubi tenendum, Deum esse in Christo, non communi aliquo præsentia modo, sed unione omnium arctissimâ, personali (*De quâ Diss. 9.*) Et quemadmodum *λόγος*, qui unum cum carne *ὑφίστατον* constituit unitate personæ, idem unus est cum patre & Sp. S. unitate essentia; Sic Pater quoq; & Sp. S. non possunt non esse in Christo *conf. Joh. 10. 30. c. 14. 10. c. 16, v. 15.* tamen si, ut incarnatio, sic & opus satisfactionis non in patris nec Sp. S. sed filii personâ perficitur ac terminatur. Et ex hoc principio (infinite videl. seu divinitate personæ) divinus & infinitus satisfactionis valor pendet: II. Causa movens, est tum Justitia Dei, peccatis hominû læsa, & æquivalens pro offensione *λύτρωσιν* exposcens; tum Misericordia, pro prævaricatore misero aliû innocentem substituens. Utriusq; demonstrationem esse in morte Christi, docet

M

Sci-

Scriptura, illius, *Rom. 3. v. 25.* hujus, *c. 5. v. 8.* Est enim utriusq; admirandum in Christo *Ἰεανθωπρω* temperamentum, quod *Ἰνικνεαυ* dicimus; ubi Iudex, in irrogandis poenis, cum posset propria reorum, damnatorum personæ strictè insistere; loco illorum vadem admittit, & ab hoc uno sumit supplicium, quod omnibus debebatur, sicq; acceptâ satisfactione, liberos à culpâ & poenâ ipsos maleficos pronunciat.

§ 3. III. Is, cui satisfactum, est verus Deus, *2. Cor. 5. v. 19.* Pater, Filius & Sp. S. Filius enim consideratur hîc dupliciter, vel ut mediator, seu persona satisfaciens *vid. §. 2.* vel ut pars offensa, quatenus unus est cum patre & Sp. S. Deus, adeoq; per essentiam unus idemq; peccatorum vindex. Et sic non minus suo ipsius, quàm Patris & Sp. S. iudicio satisfecit. In specie objectum satisfactionis est essentialis Dei Justitia, omnibus in uno Deo personis communis & indivisa. Nihil hîc debetur creaturis, nihil Satana; Spectatur enim is non tantum ut executor iudicii divini, sed ut Dei pariter & hominum hostis, qui, quos ipse ad peccandum induxit, nullo suo jure captivos tenuit. Proindè forti armato (tyranno) fortior superveniens (Christus) captivitatem iusti (Iudicis Dei) injusto raptori eripuit *Jes. 49. v. 24, 25. Ionf. Luc. 11, v. 21, 22.* huic caput conterendo, illi satisfaciendo. IV. *Ij, pro quibus* satisfactum, sunt hominum omnes, Protoplastæ nimirum, & quotquot ab his secundum communem naturæ cursum propagantur, uno nomine Mundus, *2. Cor. 5. 19, (vid. Diss. 7.)* In singulis enim peccatum est, idq; adversum essentiali Dei justitiæ (*vid. Diss. 5.*) Et sic in specie, ut absolveretur in iudicio Dei mundus à culpâ simul & poenâ (hæc enim benefica Dei voluntas est, *vid. Diss. 7.*) satisfaciendum fuit pro utrâq;, & sic pro omni eo, quod peccati & mortis rationem habet. V. consistit Satisfactio in impletione Legis, seu, quod idem est, in obedientiâ Deo secundam totam Legem præstitâ, tam activâ quàm passivâ. De illâ controversia est, & *Q an excludenda sit sanctissima & Legi divina exactè conformis vita Christi?* N. Ratio. I. quia irâ satisfaciendum fuit, ut nihil amplius Lex exigat; quæ à rigore vitæ perfectissima, (cum sit immutabilis regula & c.) nunquam remittere potest: invenitur vero perfectio hæc in solo Christo, à quo *ἱκανὸν* Lex accepit loco omnium. Hujus ergò non tantum passio sed & vita innocentissima, mihi tibiq; per fidem imputata facit, ut rigorosa legis exactio, unâ cum maledictione in nobis desinat. Undè 2. quod, abolitâ lege peccati & mortis, *δικαίωμα τῆ νόμου* impletur in credentibus, Deoq; placet, quod hi agunt, non aliunde hoc esse potest, nisi quia idem pro ipsis perfectè adimple.

implevit Christus. Hinc & 3. Scriptura non tantum indefinitè dicit; im-
 pleri Legem, voluntatem Dei à Christo &c. *Matth 5. v. 17. Rom. 10. v. 4.*
Gal. 4. v. 4, 5. Phil. 2. Ps. 40. Ec. sed & omnimodam innocentiam ac san-
 ctimoniam, in sacerdote (satisfactore) requirit *Ebr. 7, 26. 4.* quicquid
 in Christo est, meritum est, & ipse sive patiens sive agens (huc enim tota
 tendit Script.) non pro se sed pro nobis positus exhibetur. *vid. Job. 17, 19.*
I. Cor. 1. v. 30.

4. In Passivâ obedientiâ consideranda I. causa passionum proxima,
 videl. peccata, eaq; non propria (nulla enim sunt in Christo) sed aliena
 (nostra) *Jes. 43. v. 24. c. 53. v. 5, 6, 8. Rom. 4. v. 25.* Hic dispiciendum de
 ratione attributionis. Als. I. Agnus Dei tulit peccatum mundi *Job. 1. 29.*
 adeoq; totam generis humani labem, omniaq; omnium hominum
 quorumlibet locorum & temporum delicta minima, maxima, nullo ex-
 cluso. 2. Fuerunt hæc in Christo, non inhæsi vè sed imputativè: nam *qui*
non noverat peccatum (cognitione practicâ) *û factus est peccatum* (pecca-
 tor omnium maximus) *2 Cor. 5.* & æstimatus talis est Dei & hominum
 iudicio *Rem 8, 3. Jes. 53, 4.* modus itaq; consistit in translatione, ubi ini-
 quitas, quæ *nostra est, Christo* (sed volenti non invito) *imputatur*, & in
 eodem vindicatur *Jes. 53 v. 6.* Et hinc videndæ II. ipsæ Passiones Chri-
 sti, quas Scriptura vocat, *חַלְוֵי וּמַכּוֹתָיו* infirmitates & dolores seu
 plagas nobis debita. Hæc ipse nostri loco bajulavit, utpotè & infirma-
 tus (a Deo derelictus) & percussus simul; cujus (percussionis &c.) vi atq;
 intuitu sanavit omnes malè habentes *Matth. 8. v. 16, 17.* Observamus hic
 1. Per *ἀδυνασίας καὶ νόσους* non intelligi passiones personales, quales
 sunt cæcitas, surditas &c. sed generi humano communes, (puta quâ spe-
 ciem, non quâ gradus) ut sunt paupertas, lassitudo ex labore, tentatio-
 nes Satanz, odia, persecutiones mundi &c. 2. Summus passionum gra-
 dus cœpit in nocte, ubi effusa est contrâ Christum potestas tenebrarum
Luc. 22. v. 53. 3. Afflictiones hic sunt & animæ & corporis; illas arguunt
 sudor sanguineus, solacium Angelicum, preces & querelæ, tum in hor-
 to tum in cruce: Hæ, præterquam quod & ipsæ fuerunt gravissimæ, si-
 mulacram insuper internarum tentationum præbent Hinc 4. Dolores
 verè infernales, qui sunt *בְּחַלְוֵי בְּרִיעַל בְּחַלְוֵי* omnemq; æternæ mortis amari-
 tudinem plenè Christus sensit *Psal. 16. 10. Act. 2, 24, 27, 31. conf. Luc. 22.*
v. 53 tentatus per omnia, ut tentatis auxiliari posset *Ebr. 4. v. 15. c. 2. v. 18.*
 Objicitur I. *Desperatio.* De hæc maximam Christo tentationem fuisse,
 docet clamor in cruce *Psal. 22, v. 1. Matth. 27. v. 46.* Item *τὸ λυπεῖσθαι*

ἀγὶ ἀδημονεῖν cum querelâ tristissimâ *e. 26, v. 37, 38*. Ipsi autem despe-
 rationi repugnat satisfactionis ratio. 2. *æternitas*, & hæc ex eodem prin-
 cipio hic neganda. Interim vel momentaneus in Christo cruciatus æter-
 nis tormentis ob infinitatem personæ æquivalens fuit. III. Terminus
 passionum, & simul precium pro satisfactione solutum, quod est effusio
 sanguinis, mortem subinferens. Utramq; conjungit Sp. S. ut necessa-
 riam pro satisfactione, cum non sit sine his ulla redemptio vel peccato-
 rum remissio *Ebr. 9. v. 15. & seqq. præunte Lege in typo Lev. 17. v. 11. & c.*
 Sic antitypo, sanguine & animâ Christi, quæ semel facta sunt λύτρον pro
 peccatis per mortem, inq; cælum illata; intuitu unius istius oblati-
 nis perpetuò expiantur & purificantur corda credentium, *Ebr. 9. 1. Joh. 1.*
 Hinc curiosè & frustra Q. *an vel gutta sanguinis Christi sine morte suffe-*
cerit? & non potuit non mori, satisfactorius pro iis, quibus mortis sen-
 tentia (*Gen. 2. & 3.*) dicta est; Hoc præsupposito; ex copiosâ sanguinis
 effusione largissimam redemptionem agnoscimus, & simul guttulam
 (cum sit sanguis Dei proprius) infiniti valoris esse, ad expiationem
 peccatorum omnium, confitemur. IV. Conditio in patiente requisita,
 nempe integritas & innocentia perfectissima, dicens justitiam non tan-
 tum causæ, sed & personæ quam maximè, (hoc est talis, quæ peccatum
 non novit:) Et quæ huic inest promptitudo & patientia summa *Jes. 53.*
Ebr. 7. v. 26. V. Fundamentum & principium passionis meritoria, quod
 est æternus in Christo spiritus vel infinita ipsius divinitas. Ipse enim
 Deus in carne passus est, vi unionis hypostaticæ. Et huic debetur tã per-
 fectio satisfactionis, quam ostendit resurrectio ex morte; tum perpetua
 ejusdem efficacia *Ebr. 9. & 7 v. 26* ubi cum sanctitate conjungitur
 ὑψηλότερος τῶν ἁρῶν γενόμενος. Ex his liquet; æternos damnatorum
 cruciatus non esse satisfactionem pro peccatis, ob defectum patientiæ,
 innocentia, & virtutis infinitæ, sed esse potius horribile iudicium, pro-
 pter rejectum Christum, sine quo nulla reliqua est hostia.

§. 5. FINIS & effectus satisfactionis est redemptio & reconciliatio
 hominis cum Deo: quæ consideratur tum resp. Dei ad nos, in acceptatio-
 ne universalis λύτρος, & sic facta est moriente Christo; tum resp. nostri
 ad Deum, in applicatione fructuosâ, quæ fit per verbum reconciliationis
 fide susceptum, *2. Cor. 5, v. 19. & 20. 1. Tim. 2. v. 6, 7.*

§. 6. Certamen hic est de veritate satisfactionis Christi, quam evin-
 cunt ex præmissis seqq. I. Essentialis in Deo justitia, peccatorum omniũ
 idem simpliciter adversantium vindicatrix immutabilis (*vid. Diss. 5.*)

Hæc

Hæc salvâ, nullus legis transgressor citrà satisfactionem in gratiam recipi potest. Huc refer loca omnia de justitiâ & rigoroso Dei judicio contra peccatum, v. g. *Exod. 34. 7. &c.* quibus adde exempla iræ horrenda. II. Forma, quatenus satisfactio est substitutio actionum passionumq; Christi pro us, quæ nos agere pati q; oportebat; ad liberationem nostri coram judicio Dei, quod in præced. demonstratum habes. *vid. typum & exemplar Lev. 16. Matth. 6. 27. v. 26* III. Dicta idem testantia, v. g. *Rom. 8. v. 32, 6. 4. v. 25. Jes. 53. v. 5, 8. 1. Petr. 3. v. 18. Col. 1. v. 14. Hebr. 9. v. 15. 1. Petr. 1. v. 18, 19. Apoc. 5. v. 9. Matth. 20. 28. 1. Tim. 2. v. 5, 6. Tit. 2. v. 14.* ubi urgemus phrasas satisfactioni æquipollentes, *λυτρωσάται, δίδόναι λύτρωσιν καὶ ἀντίλυτρωσιν* (in Lege *כָּפַר כְּפָרוֹת*) juxta cum particula *ὕπτις*, cum quibus convenit *כָּפַר בְּנַפְשׁוֹ Lev. 17. v. 11. &c.* IV. Descriptiones satisfactionem exprimentes, veluti 1. per emptionem, quæ fit interposito certo precio *1. Cor. 6. v. 20. Gal. 3. v. 13. 1. 4. v. 5. 2.* per liberationem in judicio, ubi occurrunt reus, judex, sponsor, cum interveniente satisfactione, & hic dicitur *ἰλασμός καὶ ἰλασθέντων Rom 3, 25, 1 Joh 2. &c.* Quibus adde alias appellationes Christi meritorias, ut sunt *μεσίτης, λυτρωτής, σωτήρ*, Sacerdos &c. V. Testimonia, quæ affirmant, Christum pro nobis factum esse *ἀμαρτίαν, κατὰραν* (maledictum) *2. Cor. 5. v. ult. Gal. 3. v. 13. Deut. 21. (adde Jes. 53. v. 10.)* ubi rotundè assertitur, id fuisse Christum, quod nos esse debebamus. VI. Victimâ, quæ de Christo prædicatur *Eph. 5. vid. Epistola ad Ebr.* habito respectu ad typica V. T. sacrificia, quæ & ipsa dicuntur *חַטָּאת & עֹשֶׂת in Levitico.* VII. Justificatio, quæ fit non nisi intuitu meriti & satisfactionis Christi, de quâ paulò post. Obijcitur. *I. misericordiam Dei, quæ gratuita est, imminui per satisfactionem.* N. nam 1. non evertit misericordia justiciam essentialem 2. gratuita illa est respectu nostri, non Christi satisfaciens pro nobis, quin 3. abundantia gratiæ est, quod Deus proprio filio peccatorum loco non pepercit *Rom 8. v. 32. adde e. 5. v. 8.* II. Obij. *Christum ad imitationem nobis proponi.* R. Et hanc urgemus cum Script. *1. Pet. 2. v. 21.* Sed frustrâ quæritur imitatio Christi & vita Deo placens, nisi purificatis sanguine ejus conscientis nostris, cujus & justitia adhærentes nobis imperfectiones tegit. *d. l. v. 24.* nunc ad ipsam Justificationem.

§. 7. Posito fundamento facilè fit judicium de JUSTIFICATIONE seu sine, usu & effectu meriti Christi. *vid. nexus inter v. 10. & 11. Jes. 53.* Vocabulum *justificare* (*קִדְּשׁוּ, δικαιοῦναι*) usurpationis forensis hæc est,

M ;

adeoq;

adeoq; significat justum facere non infusione qualitatis novæ, sed æstimatione, pronuntiatione, declaratione; quomodo sumitur *Exod. 23. 7. Matth. 12. 37.* habens pro opposito *עִשְׂרֵן קַטְרֵדִמָּאֵסֵדֵאֵי Deut. 25. 1. Prov. 17. v. 15. Luc. 6. 37.* Et sic etiam in negotio salutis humanæ infert processum judicarium, ubi est & Reus, homo peccator, *Matth. 18. v. 24.* & Actor, Lex & conscientia *Rom. 2. v. 15. Job. 5. 45.* & Advocatus simul ac Sponsor Christus, *1. Job. 2. v. 1. 2.* & deniq; Judex absolvens, Deus. Est igitur justificatio sententia absolutoria, quâ Deus peccatorem accusatum & confessione propriâ convictum, intuitu sponsoris, quem fide susceptum reus, pro se iudicio sistit, quiq; vi meriti sui pro illo intercedens, condemnationem deprecatur, non pro impio, sed iusto reputat & reputari jubet.

§. 8. *Principium Justificans*, QUOD, est trinunus verus Deus, iudex omnis carnis, idem ille qui & condemnandi potestatem habet & satisfactionem requisivit atq; accepit. *De quo in præced. ex 2. Cor. 5. 18. &c.* quibus adde *Jes. 53. v. 11. Rom. 3. 26. c. 8. 33.* & hîc nota personarum in Deo, quarum una eademq; potestas hîc est, in agendo ordinem ac proprietates. *Principium QUO*, est Gratia Dei, merito Christi parva, fide apprehensa. Cum enim absolutæ alicui misericordiæ repugnaret iustitia peccatis læsa, miseretur Deus credentis in Christum, propter Christum. Itâ sibi invicem innexa sunt 1. gratia Dei, ut causa destinans & acceptans Christum, & peccatorem absolvens. 2. iustitia Christi, ut absolutionis meritoria. 3. fides, ut organica, Deum in Christo propitium apprehendens. Fidei enim est intueri Christum, Christus virtute meriti sui reconciliat Deum & impetrat credenti gratiam; & sic gratiofus in Christo Deus justificat peccatorem. Conjungit hæc scriptura *Jes. 53. v. 10, 11. Rom. 3. v. 24, 25.* & passim in Epistolâ Paulinâ.

§. 9. Gratia hîc non dicit infusum donum vel qualitatem in nobis, sed favorem Dei gratuitum: quomodo alias per charitatem, misericordiam, *Φιλανθρωπίαν, χρηστότητα* (cui *ἀποπνεία* opponitur) hinc inde explicatur v. g. *Rom. 5. v. 8. c. 11, 22. Tit. 2. v. 11. c. 3. v. 4, 5.* Huc refer phrasas invenire gratiam (*יָרַח*) coram Deo & similes. sic *יָרַח יְהוָה אֶתְּךָ אֶתְּךָ אֶתְּךָ* conjunctim prædicantur de Deo, non aliter quam *יָרַח יְהוָה אֶתְּךָ אֶתְּךָ אֶתְּךָ* *Exod. 34. v. 6. &c.* De hac gratiâ Dei tenenda seqq. 1. distinguuntur *χάρις* & *χάρισμα*, ut antecedens & consequens *Rom. 5. v. 15.* illud notat gratuitam Dei misericordiam justificandos prævenientem & credentes in Christum acceptantem, Hoc promissum ex gratiâ bonam, velur

velut vitam æternam *Rom. 6, 23. 2.* Gratia vel amor Dei, cui justificatio debetur, isq; respectu nostri merè gratuitus, non absolutus est, sed fundatus in merito Christi. Hinc vocatur *χάρις τῷ Θεῷ* & simul *τῷ ἐνδὸς ἀνθρώπου ἰησὺς Rom. 5. v. 15.* 3. cum hac conjungitur *δωρεὰν* (*gratū*) ut excludantur ab eadem in justificatione omnia merita vel opera nostra *Rom. 3. v. 24.*

§. 10. De Merito & satisfactione Christi actum in præced. Hic pro applicatione annotamus. I. Justitia, quâ justi reputamur coram Deo, non nostra est sed aliena, nempe Christi, qui & ipse *δικαιοσύνη* justitia nostra (factus) *Jer. 33, 16. 1. Cor. 1. v. 30.* secundum divinam simul & humanam naturam, d. l. Est enim hic *δοτελεσμοῦ* officij, ad quod utraq; natura requiritur *vid. Diss. 9. II. δικαιοσύνη* ista non infunditur ut donum, sed imputatur nobis per fidem. Probatur 1. ex opposito, imputatione peccati, factâ Christo, *2. Cor. 5. 21.* 2. ex verbis *ἐγενήθη ἡμῶν δικαιοσύνη 1. Cor. 1. v. 30.* 3. ex objecto fidei, quod Christus est, & hujus intuitu dicitur fides imputari in justitiam *Rom. 4. v. 5, 6, 9. h. e. ad id, ut nos simus justii, vel fiamus justitia Dei in Christo 2. Cor. 5. v. 21.* miranda hic permutatio! nec tamen III putativum vel fictum aliquid est, sed reale, certum & efficax meritum, quod anima in spiritu & fide tam arcte secum unit, & sic essentiali justitiæ divinæ vindicatrici sistit. ac si ipsa pro se eadem satisfecisset, nec aliter id à Deo accipitur & reputatur. IV. Principium & fundamentum est satisfactio Christi, in cruce semel consummata, valoris æterni ac infiniti *Ebr. 9. c. 12, v. 24.* V. Hanc intuens Deus, hominem peccatorem cum Christo ad tribunal divinum, comparentem, non potest non in gratiam recipere.


§. 11. FIDES est medium à parte nostri apprehendendi meritum Christi & conseq. gratiam Dei. Illius observamus I. Principium, tum QUOD; quomodo fides est opus & donum Dei gratuitum, non qualitas naturalis *Joh. 6. v. 29. Phil. 1, v. 29. Act. 17. v. 31. Ebr. 12. v. 2.* tum QUO; sic generatur fides per verbum *Rom. 10, 17.* II. Objectum adæquatum, qui Christus cum omni merito *Rom 3. v. 25, 26.* III. fundamentum, cui innititur fides, nempe verbum reconciliationis, seu promissiones de Christo gratuita Evangelicæ, *2. Cor. 5. Gal. 3.* Et hæ vicissim fundantur in veritate Dei, quæ *ΠΙΣΤΙΣ* (firmitas) est *Jes. 11. v. 1 Rom. 3. v. 3, 4.* Et hinc nostra quoq; fides *ΠΙΣΤΙΣ* dicitur, hoc est, firma mentis adhaerentia. IV. Officium terminativum, nempe *τὸ* respicere & apprehendere fiduciali. ter Christum, propitiatorium; ad quod deducunt cognitio & assensus,
& sic

& sic tria ad fidem constituendam concurrunt 1. *πίστις* (πιστις) quæ conjunctam habens fiduciam, fidei justificantis synonymum est. *Jes. 53. vers. 11.* 2. certa animi persuasio de salute in Christo, quæ cor extrâ dubitationem ponit. Hinc vocatur *ἐλεγχος* & *ὑπόστασις* Ebr. 11. *v. 1.* ob fidem Dei. 3. fiducialis Christi apprehensio (in quâ perficitur & terminatur fides) Hanc exprimunt voces *ἔπεισε* innixus est & *ἔλαβεν* in latibulum se recepit. (confusus est) *Pl. 2.* Et hinc existit *ἀληθὸς πορεία* & *πίστις* (securitas) in Christo. *Rom. 4, 21, Jes. 12, 2. c. 59. 10.* V. usum, & applicationem fidei in justificatione, ubi nota 1. fidem non justificare ut qualitatem in nobis, sed quatenus intuetur & apprehendit fiducialiter justitiam in Christo; & proinde. 2. totam fidei justificantis & salvificæ virtutem pendere ab objecto ejus. Probatur ex omnibus locis, ubi cum fide conjungitur Christus.

§ 12. *Certamen* est de causa justific. Ass. I. Non justificatur ulla caro ex operibus Legis, vel suis ipsius meritis. Demonstratur 1. ex rigore legali (*Jac. 2. v. 10. Gal. 3. v. 10.*) eiq; adversâ 2. infirmatione Legis per carnem *Rom. 8. v. 3* 3. ex satisfactione Christi, seu impletione Legis nostri loco factâ, de quâ *suprà*, 4. ex oppositione gratiæ & operum. *Rom. 11, 6.* 5. ex negatione justitiæ in nobis & positione solius justitiæ Christi *Phil. 3. v. 9* & c. 6. ex dictis expressè opera hinc removoentibus, v. g. *Rom. 3. v. 20. Gal. 2. v. 16. Tit. 3, 4, 5. & passim.* 7. ex renatorum conscientia & experientia. *Rom. 6. 7.* II. Als. Non nisi (*εἰμὴ*) fide, & sic solâ fide, (exclusis operibus) omnimodò justificari hominem, constat, tum ex anteced. tum in specie 1. ex dictis *Hab. 2. v. 4.* ubi *תוֹרַת־לֵב* referendum ad *צְדִיקָה* & conseq. ad *תְּהִי־יְרֵחָה*, adde *Gal. 2. v. 16.* 2. ab exemplo Abraham patris fidelium *Rom. 4. adde Act. 15. v. 11.* 3. à convenientiâ principii & consummationis in negotio salutis *Gal. 3. vers. 3.* Hæc & cœtera collige ex Epistolis Paulinis.

§ 13. *Subiectum* est homo naturâ impius, sed credens in Christum *Rom. 4. v. 5.* *Forma* absolvitur partim imputatione justitiæ Christi, quæ nostra fit per fidem, partim non imputatione peccatorum nobis priorum (propter Christum) *Rom. 4. Psal. 32.* ubi terminus à quo est impium esse, ad quem pro justo cenferi. *Finis* à parte Dei est demonstratio justitiæ & misericordiæ *Rom. 3, 24, 25.* à parte nostri, salus & vitæ æterna. *Fructus & effectus* in regno gratiæ, novitas vitæ & tranquillitas conscientiæ per Spiritum Christi,


Rom. 5. & 6.



implevit Christus. Hinc & 3, Scriptura pleri Legem, voluntatem Dei à Christo Gal. 4. v. 4, 5. Phil. 2. Ps. 40. &c. sed & on ctimoniam, in sacerdote (satisfactore) in Christo est, meritum est, & ipse sive patendit Script.) non pro se sed pro nobis I, Cor. 1. v. 30.

4. In Passivâ obedientiâ consideran videl. peccata, eaq; non propria (nulla (nostra) Jes. 43. v. 24. c. 53. v. 5, 6, 8. Rom ratione attributionis. Als. 1. Agnus Dei adeoq; totam generis humani labem, quorumlibet locorum & temporum del cluso. 2. Fuerunt hæc in Christo, non in non noverat peccatum (cognitione practi tor omnium maximus) 2 Cor. 5. & æsti judicio Rom 8, 3 Jes. 53, 4. modus itaq; quitas, quæ nostra est, Christo (sed volc eodem vindicatur Jes 53 v 6. Et hinc v sti, quas Scrip ura vocat, נְבוֹמְכָא וְנִי plagas, nobis debita. Hæc ipse nostri latus (a Deo derelictus) & percussus simul; intuitu sanavit omnes malè habentes Ma 1. Per ἀδενείας καὶ νόσους non intellig sunt cæcitas, surditas &c. sed generi hum ciem, non quâ gradus) ut sunt paupertat nes Satanæ, odia, persecutiones mundi dus cœpit in nocte, ubi effusa est contrâ Luc 22. v 53. 3. Afflictiones hinc sunt & at sudor sanguineus, solatium Angelicum to tum in cruce. Hæc, præterquam quod mulacram insuper internarum tentatio verè infernales, qui sunt נְחִילֵי בְּלוֹעַל o tudinem plenè Christus sensit Psal. 16. 1 v. 53 tentatus per omnia, ut tentatis auxili Obijcitur 1. Desperatio. 2. De hæc maxim docet clamor in cruce Psal. 22. v. 1. Mat

the scale towards document



definitè dicitur im
17. Rom. 10. v. 4.
ocentiam ac san
26. 4. quicquid
s (huc enim tota
ur. vid. Job. 17, 19.

ionum proxima,
risto) sed aliena
spiciendum de
mundi Job. 1. 29.
ium hominum.
maxima, nullo ex
utative: nam qui
ecatum (pecca
Dei & hominum
ilatione, ubi ini
impusatur, & in
Passiones Chri
tes & dolores seu
potè & infirma
ionis &c.) vi atq;
Observamus hic
sonales, quales
s, (puta quâ spe
abore, tentatio
passionum gra
stas tenebrarum
s; illas argunt
ela, tum in hor
gravissima, si
dinc 4. Dolores
& mortis amari
31. conf Luc. 22.
4. v 15. c. 2. v. 8.
tationem fuisse,
αι τὸ λυπέσθαι
καὶ